



**Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen
Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark
Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1863

XXI. Die Gebrüder Johann und Dietrich von Brederlow versprechen dem Markgrafen Ludwig ihre Veste Dertzow offen zu halten, am 30. März 1326.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55861](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55861)

cet quinquaginta marcarum Slaucialium denariorum, Quam quidem pensionem dictus dominus Henricus dictis dominis seu ecclesie Caminenfi annis singulis duobus in terminis presentabit, medietatem super festo pentecostes et aliam medietatem super festo Martini persoluendo, dubio quolibet procul moto. In hujus rei testimonium sigillum nostrum presentibus est appensum. Actum et datum Camin nobis presentibus, anno domini millelmo tricentelimo decimo octauo, feria quarta post festum pentecostes.

Nach dem Kamminischen Copialbuche des Pommerischen Provinzial-Archives.

XX. Markgraf Ludwig befehlt die Bürger Prizzel in Neu-Landsberg mit zwei Theilen des Dorfes Weperitz, am 6. Mai 1325.

Nos Lodewicus, Dei gracia Brandenburgensis et Lusacie Marchio, Comes Palatinus Reni, Dux Bawarie, Sacri Imperii Archicamerarius, recognoscimus per presentes, quod discretis Burgenfibus nostris de Nova Landisberg, uidelicet Henningo, Conrado et Petro Prizzel eorumque legitimis heredibus contulimus per presentes debito pheidii titulo manu conjuncta conferimus duas partes Ville Werpezowe, possidendas cum uniuersis suis pertinencijs Scilicet agris, Lignis, Pratis, Aquis et Fructibus atque pascuis absque omni Seruicio, et decem et septem mansos dictarum duarum partium liberos a pecunia qualicumque. Arbitratus quoque est quidam dictus Holtebotel Seruitium unius Dextrarij in Bonis suis, que habet in villa Benz, loco illius Seruicij, quod prestare et facere de dicte Ville Werpezowe duabus partibus tenebatur. In cujus rei testimonium nostrum Sigillum presentibus est appensum. Testes quoque aderant Nobiles Viri et Domini Gualterus et Adolfus, Comites de Lindowe, Dominus Segerus, Prepositus Stendaliensis, Hermannus de Reder et Hermannus de Loffow, milites, cum alijs fidedignis. Datum quarthen per manum Hermanni de Luchowe, Anno Domini Millelmo tricentelimo uicesimo quinto, Die Sancti Johannis ante Portam.

Nach einer Copie in Bedmanns Nachlasse.

XXI. Die Gebrüder Johann und Dietrich von Brederlow versprechen dem Markgrafen Ludwig ihre Beste Derzhow offen zu halten, am 30. März 1326.

Nos Johannes miles, Thidericus famulus nostrique fratres, dicti de Brederlo, recognoscimus literas per presentes, quod nos nostrique heredes municionem nostram Dertschowe tenere debeamus apertam et patulam magnifico principi domino nostro karissimo domino Ludowico,

marchioni brandenburgensi eiusque successoribus sine omni dolo, quotiescunque quandocunque et contra quoscunque sibi fuerit oportunum, quod data fide promissimus fideliter et promittimus per presentes. In cuius rei testimonium nostra sigilla presentibus sunt appensa. Datum Scowin-
flict, presentibus nobili viro Gunthero, Comite de Lindowe, Heinrico de Stegelitz
et Godekone de Griffinberge, militibus, Hassone de wedel famulo et hermanno de Lu-
chowe, dicti domini marchionis notario, cum pluribus alijs fidedignis, sub annis domini M^o. CCC^o.
XXVI^{to}. dominica quasimodogeniti.

Aus einem Copialbuche des Geh. Staatsarchives fol. 15.

XXII. Markgraf Ludwig vereignet das Haus Blocksdorf bei Arnswalde dem Johanniter-Orden,
am 19. Februar 1328.

Nos Lodowicus, dei gracia Brandenburgensis et Lusacie marchio, palatinus
Reni, dux Bawarie, sacri Imperij archicamerarius, Recognoscimus per presentes, quod honesto viro
fratri ludolfo, dicto de Hokenbek, ordinis sancti Johannis commendatori in Stargard, Ber-
nardo Balken, Richardo de Melningo, Nicolao de Clodawe, ceterisque creditoribus in
Stargard, quibus Beteko de Wedel racione sue captiuitatis obligatus est, atque eorum heredi-
bus contulimus et per presentes iusto pheodi titulo conferimus Caminatam et curiam Blockestorp,
sitam prope arneswald, possidendam cum vniuersis suis actinencijs, cum omnibus iuribus, fructibus,
commodis, vtilitatibus et libertatibus, cum plena proprietate, sicut dictus (?) Thidericus Block
miles eam dinoscitur habuisse a nostris antecessoribus, prout lucide et expresse in eorum litteris con-
tinetur, cum omnibus suis distinctionibus atque metis. In cuius rei testimonium nostrum sigillum de
certa nostra sciencia presentibus est appensum. Testes affuerunt nobilis vir dominus buffo comes
de Manffeldt, honoratus vir dominus Segerus, prepositus Stendaliensis, lodewicus de we-
dell, Hinricus de Stegeliz, Hermanus de Loffow et Thidericus block predictus,
milites nostri, Haffo et Henningus ac Beteko de Wedele, famuli, cum alijs fidedignis. Da-
tum Soldin, per manum Hermanni de Luchow, anno domini M^o. CCC^o. XXVIII, Sabato
ante dominicam Inuocavit.

Nach einer Mittheilung des Geh. Reg.-Rathes Herrn von Kröcher.